

nobis administrare sapientiam eius decebat et nostre necessitati expediebat,
115 que est

R

sanctificatio et benedic-
tio, *miserecordia et ve-*
*ritas, iustitia et pax*¹⁹⁾.

120

125

130

135

Hec autem eius vita
spiritualis sic est in cor-
140 pore sacrificii absque
vita eius animali, quo-
modo lux solis absque
calore eius in corpore

M O K G

sapientia, iustitia^t, sanctificatio et redemptio. Unde apostolus de Christo loquens *Qui factus est, inquit, nobis a Deo sapientia et iustitia et sanctificatio et redemptio*¹⁸⁾. His quatuor enumerationibus vitam spiritualem clare depromens, apostolus eo nos invitatur ut nobis, licet^u in carne manentibus et non secundum carnem ambulantes, illa vita sit in desiderio, qua sic vivamus in Christo ut ipse, qui est angelorum sapientia, iustitia et sanctificatio, non autem redemptio, quia non erant venundati sub peccato, sit quoque nobis uti angelis bonis sapientia, iustitia et sanctificatio atque insuper etiam^v redemptio, quia nos eramus *venundati sub peccato*²⁰⁾. *Nunc vero liberati et redempti per Christum habemus fructum nostrum in sanctificatione*²¹⁾, si tamen ipse nobis erit sapientia^w, iustificatio et sanctificatio^x, ut in illo sapientes, iusti^y et sancti simus, vel sicut alias apostolus ait, *sobrie, iuste et pie vivamus*²²⁾, sobrie videlicet^z per sapientiam, iuste per iustitiam, pie per sanctimoniam. Sic nempe vivendo spiritualiter membra Christi erimus, translati a vita carnali in vitam spiritualem.

Hec autem vita spiritualis sic est in corpore Domini quod in altari cernitur absque vita eius mortali, qua *in terra cum hominibus est conversatus*^a ²³⁾, quomodo vita spiritualis erit in corporibus electorum post resurrectionem sine vita mortali et mutabili, nisi quod corpus Domini tanto vivacius est aliis

^t) et iustitia *M*

^u) nobis licet *korr. aus* licet nobis *G*

^v) *fehlt M*

^w) sapientia *nachgetragen M*

^x) et sanctificatio *fehlt O K*, *nachgetragen G*; sanctificatio, iustificatio *umgestellt M*

^y) et iusti *M*

^z) *nachgetragen G*

^a) conversatus est *O*

¹⁸⁾ I Cor. 1, 30.

¹⁹⁾ Vgl. Ps. 84, 11.

²⁰⁾ Vgl. Rom. 7, 14.

²¹⁾ Vgl. Rom. 6, 22.

²²⁾ Tit. 2, 12.

²³⁾ Baruch 3, 38.